Armigeto Andrea, et Francisco Soka, sua Matti clementissime per Comitem Nicolaum Palffy, et Egregium Mattongfy humillime recommendati.

Nos Carolus Sextus Dei Gratia etc. Memoriae commendamus etc. Quod Nos cum ad nonnullorum Fidelium Nostrorum humillimam Supplicationem Nostrae propterea factam Matti, tum vero attentis, et consideratis fidelitate, et fidelibus servitijs Fidelium Nostrorum Andreae, et Francisci Soka Fratrum videlicet Carnalium, ac Uterinorum, qua Iidem pro Locorum, et temporum varietate, atque occasionum exigentia Sacrae primum Regni Nostri Hungariae Coronae, gloriosisque Praedecessoribus Nostris, et consequenter Augustae Domui, ac jam Matti quoque Nostrae fideliter, et constanter exhibuerunt, et impenderunt, ac imposterum etiam pari fidelitatis, et constantiae fervore se exhibituros, et impensuros pollicentur. Cum igitur ob id etc. stylus/ deesse consuevimus. Eosdem itaque Andream, et Franciscum Soka Fratres, uti praemissum est, Carnales, ac Uterinos, ac Elisabetham Odal, modofati Andreae Consortem, e statu, et conditione ignobili, in qua hactenus etc. valeant, atque possint. In cuius quidem Nostrae erga ipsos exhibitae gratiae, et clementiae, ac liberalitatis testimonium, veraque, ac indubitatae Nobilitatis signum, haec Arma, seu Nobilitatis Insignia, Scutum nimirum militare erectum coelestini coloris fundum illius viridi Campusculo interoccupante, super quo integer Gryphus naturali

ter effigiatus alis expansis, et caudâ ad tergum eleuatâ erectè stare, ac ad dextram Scuti oram
conuersus, anterioribus pedibus vitem botris uvarum refertam in altum tenere conspicitur.
Scuto demum incumbentem Galeam militarem craticulatam, seu apertam Regio Diademate alte
rum Gryphum anterioribus similiter pedibus nudam frameam stringentem, caeteroquin autem in
feriori per omnia similem proferente ornatam. à Summitate verò, sive Cono Galeae laciniys, seu
lemniscis hinc flauis, et caeruleis, illinc verò candidis, et rubeis in Scuti extremitates sese gla
cidè diffundentibus, illudque ipsum decenter, ac venustè exornant. Quemadmodum haec omnia in
principio, seu Capite etc. Datum per manus Fidelis Nostri Nobis Syncerè dilecti Spectabi
lis, ac Magnifici Comitis Nicolai Ileshazy de Eadem etc. actualis Intimi Consiliary Nostri,
et per Regnum Hungariae Aulae Nostrae Cancellary, in Archi-Ducali Ciuitate Nostra Vienna
Austriae Die 4. Mensis Marty Anno Domini 1774. Regnorum Nostrorum etc. Reuerendissimis,
Serenissimo, ac Venerabilibus in Christo Patribus Dominis etc.